

MELETEM. CATECHETICA. 1021

nec *gula* sua intemperie  
inflammet.

Hæc si observaveris & feceris; om-  
nem per Dei gratiam im-  
munditiam effugeris.

*Audivimus* 1. & 2.

Summa huc redit: ut amemus conjugalem ca-  
stitem.

Quia conjugium non modò virtus,  
sed meritò officina virtutum  
appellandum.

Odio habeamus tunicam à carnis conta-  
ctu maculatam. Jud. v. 23.

Caveamus mundum immundum & ejus  
delitias. 1. Joh. 2.

Oremes subinde Deum, ut vitiosita-  
ti naturę nostræ remedium ad-  
hibeat cum Syracide cap. 23,  
4. &c.

---

DOMINICA XLIV.

Ex Quæst. 110. & seq.

*IUSTE SEMPER VIVENDUM.*

TEXTUS Ephes. 4, 28.

*Vers. 28. Qui furabatur, non amplius furetur:  
sed potius laboret, operando manibus,  
quod bonum sit, ut habeat cui impertiat  
cui opus fuerit.*